



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

XLIX. Der Knappe Georg von Kerkow verpfändet und verkauft dem Kloster Marienpforte Besitzungen im Dorfe Cerwelyn und in Boizenburg, sowie den See Trebbow, am 29. October 1340.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

litatibus et quibuslibet serviciis, quocumque nomine censeantur, damus, appropriamus et presentibus appropriavimus perpetuis temporibus sine inquietatione et revocatione qualibet possidenda, renunciantes pro nobis heredibus et successoribus nostris omni iuri, accioni et impetitioni, que nobis in premillis bonis et redditibus competebant hactenus, vel nobis competere possent aliquo modo in eisdem, Volentes, litteras sive munimenta quecumque supra bonis sive redditibus per abbatissam, priorissam et capitulum prenotatum publice renunciatas, post datam presentium si que in posterum adinventas fuerint, nullius fore roboris, sed esse omnibus suis viribus destituta. Volumus etiam, ut omnes et singuli, bona pheodalia sive redditus in eadem villa habentes, deo se humiliant, et de cetero bona sua pheodalia ab ipso deo, abbatissa et monasterio predicto pheodanda habeant et acceptent. Si vero aliquis ipsorum absque heredibus moreretur, eius redditus non nobis nec aliquibus aliis, sed sanctimonialibus et monasterio predicto libere cedent eisque divolventur. In eius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes vero huius sunt: nobilis vir Guntherus, comes de Swarzburg, dominus Johannis de buch, capitaneus noster dilectus, Johannes Hufener, camere nostre magister, beringerus helo, marschaleus, bonbrecht, pincerna, milites, Gerkinus Wolf, officia noster, cum ceteris pluribus fide dignis. Datum berlyn, anno domini M^o CCC^o quadragesimo, in crastino beati Mathie.

XLIX. Der Knappe Georg von Kerkow verpfändet und verkauft dem Kloster Marienpforte
Besitzungen im Dorfe Cervelyn und in Voizenburg, sowie den See Trebbow,
am 29. October 1340.

Noscat natio presentium et felix successus futurorum, quod ego Georgius famulus de kerkow dictus, lucide protestor in hiis scriptis, quod religiosis personis et dilectis nostris in Christo, abbatisse et conventui sanctimonialium cenobii in boycenborgh, obligor seu teneor LII marcas argenti et ponderis, quas mihi in prompto propagaverunt, pro quo quidem argento obligavi et obligo in presenti pro pignore duas partes totius ville Cervelyn, et duas partes stagni Trebbowe, cum omni fructu et utilitate, et cum omnibus eorum attinenciis, Insuper III^{or} mansos, duos in novo campo et duos in antiquo campo ville boycenborghe et unam aream in predicta villa Boycenborghe, quas Gycelerus quondam possidebat, tali tamen condicione interpolita, quum predicta bona redimere voluero, ut debeo, tunc predictos III^{or} mansos indefertos resignabunt. Preterea recognosco ferie in presenti, me predicto conventui vendidisse rite et racionabiliter XIII^{or} Collatos pro XII marcis argenti prope curias existentes a via prenflavia circumnumerando, cum omni fructu et utilitate, et cum omnibus attinenciis, cum iudicio summo et infimo, cum pactu, servicio, decima, prout, dum mei fuerunt, mihi competebant — Et quandocumque requisitus fuero, eosdem Collatos coram domino meo marchione resignabo predicto conventui perpetuis temporibus possidendos. Ne huiusmodi mea obligatio aut vendicio a me aut successoribus irritetur, presentem litteram ex certa mea sciencia munimine mei sigilli feci roborari. Datum et Actum Boycenborghe, anno domini MCCCXL^o sequenti die apostolorum Simonis et Jude.